

latas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidie, tantaque confusio querelis quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini licet apud sedem magnitudinis tuae accusatione contra militem seu milites presentales deposita, conventioneque oblate, eundem vel cosdem criminaliter, vel civiliter per iussionem virorum spectabilium judicium vel ducum inquietare, antequam negotium ex priori actione priore conventione finem legitimum sortiatur. — § 8. Idemque versa vice observari, ut si quidem miles, seu milites presentales provione viri spectabilis ducis incusat, ac admoniti fuerint: incusatori licentia denegetur agenti postulationem, seu accusationem in iudicio tuae sublimitatis contra eundem militem, vel eosdem militibus deponere: nec si eundem, vel cosdem tam criminaliter quam civiliter obnoxios esse firmaverit, facultatem eidem agenti superesse: et separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tue celsitudini iudicium, pro civilibus autem viri spectabilis ducis sublimitate, seu versa vice occupare. — § 9. Si quis vero ad hujusmodi tam audacissimum, tamque aquitati contrarium conamen prosiluerit: eum pro pecuniaris quidem negotio, jactura litis, et dannorum que vitio ejus contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autem quasi calumniam convictum legum aculeos sentire. — § 10. Dispositiones autem antelatas, non ad imminuendam potestatem magisteriae per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum, ad securitate publica noscimur prestitisse: cum non dubium sit, ipsos etiam deduces, quibus fortissimi presentales milites parere praecipi sunt, sub ea- dem excelsa potestate esse constitutos.

TIT. XXXVII.

DE¹ CASTRENSI PECULIO MILITUM, ET PRÆFECTIANORUM².

1. Imp. ALEXANDER A. Prisciano.

Si in potestate tua filius tuus fuit eo tempore quo quedam nominis ejus emisisti: ea³ tua esse non dubitatur. Peculio⁴ autem castrensi cedunt res mobiles, que eunt in militiam a patre, vel a matre aliis pro proximis, vel amicis donata sunt: item que in castris per occasionem militie queruntur: in quibus sunt etiam hereditates corum qui non a'ias noti esse potuerunt, nisi per militiam occasionem: etiam si res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas quamvis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi vero peculio prædium⁵ donatum non esse constat, quamvis empta ex castrensi peculio prædium, ejus conditionis efficiantur.

2. *Idem*, A. Felici.

Filius familiæ alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

3. *Idem*, A. Feliciano.

Erat qui tibi persuasit, quod nexus paternæ⁶ potestatis, jure sacramenti solitus es. Manent enim nihilominus milites in potestate parentum: sed peculium⁷ castrense proprium habent: nec⁸ in eo ullum jus patris est.

4. Imp. GORDIANUS A.

Cum allegas te a fratre tuo, eodemque commilitone in eisdem castris institutum⁹ heredem: successionem ejus potius in castrensi peculio es, quam patri tuo, cuius in potestate es, per te quiescam videti, rationis est. Etenim peregrinationis laborem sociatum commilitii ejus, et obeyndorum munerum consortium affectioni fraternæ nonnulli addidisse, quinquo vice mutua chariores invicem sibi [eos] reddidisse credendum est.

5. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA.

Intelligis filio, qui militavit, defuncto, peculium ejus penes patrem remansisse, non hereditatem patri quiescam.

6. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Zoilo P. P.

Jus castrensis peculii, tam scribariorum, quam exceptores, ceterosque, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur: ac si in legione¹⁰ prima adjutrice nostra reipublicæ militent, inviolabile habere praecipimus.

TIT. XXXVII. — 1. Lib. 49, D. 17. — 2. L. 2 et 5, inf. de apparitor. pref. pret. — 3. L. 6, in præ. supr. de bon. que lib. — 4. L. 14, D. h. 1—5. L. 4, supr. factum crescunde. — 5. L. 7, supr. de patr. potest. — 7. d. L. 4, L. 12, L. 21, supr. L. 1, § 15. D. de collatione; L. hoc. — 8. L. 10, D. h. t. — 9. L. 5, L. 8, L. 11, D. cod. — 10. Add. L. ult. supr. de cœle.

TIT. XXXVIII.

DE EROGATIONE¹ MILITARIS ANNONÆ.

1. Imp. CONSTANTIUS A. et JULIANUS C. Helpidio P. P.

Repetita consuetudo monstravit expeditionis tempore buccellatum, ac panem: vinum quoque, atque acetum, sed et lardum, carnem etiam vervecinam milites nostros ita soferre percipere: in duobus diebus buccellatum, in tertio die panem: uno die vinum, alio die acetum, uno die lardum, biduq. carnem vervecinam. — Dat. 16 kalend. Jun. Hieropol., CONSTANTIO 10 et JULIANO C. 3 Conss. 560.

2. Imp. JOVIANUS A. Secundo P. P.

Vicesimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas convectare. — Dat. 5 kalend. octob. Adesa, JOVIANO et VARRONIANO Conss. 564.

3. Imp. VALENT. et VALENS AA. ad Victorem magist. militum.

Cœnaticorum nomine milites, et eorum super instantes nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant etiam milites quod oportet eos commoda sua qua in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non adficer. — Dat. 6 kalend. Januar. Bonamansione, dico Joviano et VARRONIANO Conss. 564.

4. *Idem*, AA. ad Auxonium P. P.

Sicut² fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus a provincialibus ordinabis ad castra conferri: sed in veteranis castris constituti milites, duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant: nec amplius quam tertiam partem ipsi vechere cogantur. — Dat. 5 non. Maij Martiopol., VALENTINIANO NB. P. et VICTORE Conss. 569.

5. Imp. VALENT., VALENS et GRAT. AAA. ad Probum P. P.

Actuarii, nisi expletio tringita dierum spatio, pittacia authentica festim tradiderint: species quæ ex fiscalibus conditis dissimilaverint excludere vel numero, cuius ratiocinia pertactant, supersederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis addicant inferre. — Datum 6 id. april. Sirmio, VALENTINIANO et VALENTE AA. Conss. 570.

6. *Idem*, AAA. ad Modestum P. P.

Fortissimi ac devotissimi milites annonas et capita singulis diebus, aut certe competenti tempore, id est, priusquam annus elaboratur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si debitum studio voluerint³ protelare: id quod competenti tempore minime percepient, fisci nostri commodis vindicetur. — Dat. prid. non. april. Anticchia, GRATIANO A. 4 et MEROSAIDE 5 C. Conss. 577.

7. Imp. VALENT., THEODOS. et ARCAD. AAA. Rufino P. P.

Nulli militarium pro⁴ his annonis, quæ in provinciis delegantur, repudiata ad tempus specimen copia et inopinæ occasione capitata, pretia licet postulare: ita ut si quis propter anni abundantiam suscipere oblatu neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxaverit: neque id, quod contra legem expeti, sinatur exigere: neque id quod accipere dissimilaverit sequatur. — Dat. 5 kalend. August. CP., THEOD. A. 2 et ABUNDANTIO V. C. Conss. 593.

8. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Hilario P. P.

Provincialium commodis nos convenient subvenire. Ad omnium itaque numerorum sive vexillationum, aut etiam scholarum tribunos, vel viros illustres sublimitas tua faciat peruenire, ut meminerint scenam militibus justis capitibus præstandum, juxta legem divi Valentini: nec tamen ad oppidum deferendum. — Dat. 16 kalend. Jul. ARCAD. 3 et HONORIO 2 AA. Conss. 596.

9. *Idem*, AA. * P. P.

Excellentia tua erogationis per susceptores factæ modum quantitate brevium conferri perficiat, ita ut quo die numeris datum sit, diligenter exploretur: ac si quid amplius actuarios, vel optiones⁵ accepisse constituerit, quam brevium datorum scrinii nostris veritas continet memorati in duplo reddere compellantur: susceptoribus ea summa impunita, quam semel flagitiantibus cosdem erogasse monstraverint: nam ad illustres quoque viros magistros utriusque militia sacri apices cucurserunt, quibus provida sanctio decrevimus, ut breves ante inductionis principium

pref. pret. : L. 1, supr. de profess. et medic. — TIT. XXXVIII. — 1. Add. L. 12, § 2. D. de re militari. — 2. L. 6, supr. de annonis et tribut. — 3. L. 7, inf. h. t. — 4. L. ult. inf. de metalis; L. 5, L. 6, supr. h. t.; N. 150. — 5. L. ult. inf. h. t.; L. 7, supr. de exactor. tribut.

CODICIS LIB. XII, TIT. XXXVIII.

summa fide ac veritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoriis erogatio celebretur. — Dat. 8 kalend. april. CP., HONORIO A. 4 et EUTYCHIANO V. C. Conss. 596.

10. *Idem*, AA. Eutychiano P. P.

Jubemus per omnes provincias cunctis numeris ac militibus a novemb. mense da novello vino annonam dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio. — Dat. 10 kal. Jun. HONORIO A. 4 et EUTYCHIANO V. C. Conss. 596.

11. *Idem*, AA. provincialibus proconsularis.

Opinotoribus⁶, id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum provincialibus commercium: ita ut a ducibus, vel officio provinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spatium conferenda. — Dat. 5 prid. kalend. aprill. Mediolan., VINCENTIO et FRAVITIA Conss. 401.

12. *Idem*, AA. et THEOD. A. Anthemio P. P.

Septem diebus, per quos tribuni [prætoriani] emolumen gratia solenniter stellatura nomine species consequuntur: species resistentes non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur. — Dat. 5 id. april. CP., ARCADIO A. 6 et PROBO V. C. Conss. 406.

13. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Anthemio P. P.

Lege repetita censemus, ut si quis militum interclusum specierum exactioem refricare tentaverit, vel adærationes statutas ausus fuerit immutare: tam vir spectabilis dux, centum librarum auri, quam ejus etiam officium pari condemnationis summa quatatur, adiecta sacrilegi⁷ pena, que diuvalium sectior violatores palam inseguuntur. — Dat. 10 kal. april. CP., HONORIO 8 et THEOD. 5 AA. Conss. 409.

14. *Idem*, AA. Constantio magistro militum.

His scholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros deditus, de arariis annoni singulos solidos pro opinatores, caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine more præberi oportet: vel si quis eorum, antequam accipiat, in fata concesserit, quod ex utraque causa ei debetur⁸, hereditus ejus restituatur. — Dat. 15 kal. decemb. CONSTANTIO et CONSTANTE VV. CC. Conss. 414.

15. *Idem*, AA. Asclepiodoro P. P.

Annonas omnes, que universis officiis atque sacri palati ministerii, sacris scriniis ceterisque cunctarum dignitatum adolescentiæ delegari, quasque hi, qui ad earum exactiōem mittuntur, pro cupiditate, et libidine sua graviter ex provincialibus visceribus erubent: ad similitudinem militum, quibus araria præbentur annonæ, adærari, præcipimus: ut omnibus supra designatis emolumenta debita in pretiis dispositioni tui culminis pro publica utilitate taxatis præcipiat erogari. — Dat. 16 kal. Mart. CP., ASCELEPIODORO et MARINIANO Conss. 425.

16. Imp. ANASTASIUS Longino magist. equitum ac peditum.

Jubemus per hanc divinam dispositionem eos, quibus ex officio tuae sublimitatis militarium meritorum seu cuiuslibet præstatiois committitur erogatio, in primis jurare pro justitia ratione injunctam sibi sollicitudinem percutere: et secundum presentem saluberrimam nostram dispositionem observationem solatium (sicut dictum est) publicum erogator manu sua sine ullo dolo et fraude singulis militibus enumerat, quatenus unusquisque miles accepto per suam manum solatio, ipse cum actuario de negotiatione actuarium et militiæ super pactio: et insuper erogationum quoque sollicitudinem ab officio tua celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferandam. — § 7. Si vero idem officium similatrum quod ex negotiatione miles sustinerit, ex propriis facultatibus militibus solatium. Scientibus his qui præstatæ dispositionis observantiam sive in differenda ultra sigillatum definitum temporis spatium erogatione, sive in qualibet alia parte fuerint egressi, non solum sessi militari cinguli amissionem, veremiam facultatum [quæque] suarum publicationem pro tanto subitum flagitio: et insuper erogationum quoque sollicitudinem ab officio tua celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferandam. — § 8. Si vero idem officium similatrum quod erogatio annona facinus perpetratum, ad notitiam nostram mansuetudinis, vel certe ad scientiam illustrissimæ magistræ referre curaverit potestatis, ut ejusdem apparitionis periculo tale flagitium principales minime possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto revelato, quicunque saluberrimas nostras constitutiones, vel pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minime possit penas evadere: ita ut singulis militibus qui non observato in eorum persona tenore dictæ dispositionis laesi fuerint, liceat sacratissimum nostrum per unum forte, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos patere: et secundum presentem saluberrimam nostram dispositionem observationem solatium (sicut dictum est) publicum erogator manu sua sine ullo dolo et fraude singulis militibus enumerat, quatenus unusquisque miles accepto per suam manum solatio, ipse cum actuario de negotiatione actuarium et militiæ super pactio: et insuper erogationum quoque sollicitudinem ab officio tua celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferandam. — § 9. Illud preterea omnibus modis observari decernimus, ut erogator omnes pecunias, que mortuis militibus usque ad diem mortis eorum debita fuerant, secundum jam datam divalem dispositionem⁹ uxoris vel liberis eorum non dabat ministrandas.

17. Imp. JUSTINIANUS A. * P. P.

Cum sepe contingat propter quasdam maximas et inexcusabiles rationes, quibusdam ad custodiā vel aliam hujusmodi causam militis [deputari], vel etiam janii deputatos esse et non convenient hoc modo, publicum aliquod dannum seu dispendium sustinere: jubemus, si qui forfessimi milites ex quoconque numero, curiis, vel quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel alii personis pro custodia (ut dictum est) vel [tali] alia causa a nostro numine deputatis sunt, vel fuerint, ne per eorum translationes, circa annorum vel capitum eis præbendorum erogationem publicis rationibus quædam lascio ingeneratur: eadem rem de proprio personam seu etiam personas, cui vel quibus deputatis sunt, vel fuerint, [hac] modis omnibus agnoscerè, hoc tantummodo de publico pro iisdem annonis et capite præbendo et imputando, quod in locis ex quibus præfati milites pervenient seu pervenerint, imputabatur: vel si ante latam præstationem supradicta personæ recusaverint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos qui recesserint sine quadam mora infra h. t. — 9. L. 14, in fin. supr. cod.

ad ea redire: hoc omnifariam custodiendo, ut nemo devotissimorum militum cuicunque persone seu corpori sine speciali nostra serenitatis ius sione scriptis proferenda deputetur: officio tue celsitudinis, si hanc nostrae mansuetudinis formam, quoties super militibus quibusdam deputatis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, et quid eos quibus dati sunt, prout nobis placuit agnoscere [oportet] itidem publicare minime curaverit: tam dispendium quodcumque publicum haec causa sustinuerit, ei de proprio resarcire quam tringita librarum auri multam propter desideriam suam, immo magis convenientiam, dependere cogendo: rectoribus nihilominus provinciarum, et apparitoribus eorum, si statuta nostra violaverint, seu violari concederent, ejusdem condemnationis solutione percellendis.

48.

Constitutio jubet, ut in regionibus retineantur imprimis ea quae militibus ergo sunt, atque ita deinde procedant reliqua cause fisci. Nec enim oportet solas transmissiones urgere, et exortationes militares negligere. Et si hanc constitutionem presides violarunt, aut municipia, vel quilibet alias tractator publicorum, ut de suo militibus pecunias exsolvent, et hoc amplius muletam cum librarum auri.

49.

Constitutio jubet, si milites propriis angariis minime dant operam personis quibusdam auxili gratia deputati, vel per commeatum dimissi, ut actuarius eorum stipendia in speciebus non accipiat, ne corrumptantur, sed in auro, facta speciem estimatione secundum rationem mensae, et jurejurando praestito a tribunis et vicariis, et domesticis, et actuariis, et optionibus, a quibus etiam justus jurandus dederint, ratio postea nihilominus, et si qua in re pejorasse inventi fuerint, duplum exigetur.

Sed et si milites aderari sibi velint annonas, eadem in pretio rationem mensae servari: si species dari, ut eas accipiant quas regio parit, arbitrio religiosissimi episopi et clarissimi defensoris civitatis. Rursus si actuarius a milite emerit annonas ejus, et eas accipiat a collatore quasi sibi concessas, rationem mensae servari, nisi malit collator species ipsas inferre. At si velint sua sponte collatores vendere quedam militibus, id non prohibemus, etiam si ex eo lucrum facti sint, minorem speciem quantitatem praebeant, quam exigat ratio mensae publicae. Ne tamen ea propter licet civibus laderem collatorem, puta si curia sive civitas cum milite perperam conventionem inierit prebendarum speciem, ne cogatur collator secundum eam conventionem species inferre. Quia vero pleisque ex chartulariis fortissimorum numerorum, vel federatorum coemunt sibi frumentum, pretia a fisco accipientes juxta undinationem, qua mensa continetur, sibi autem quasi jam ante comparatas species retinentes, ideo jubet constitutio, ne quis collator invitus eorum coemptione parere cogatur. Sed si quis sua sponte eis vendere velit, ne excedant illi pretia mensa in quantitate ea, que annonarum nomine militibus prebenda est. Nam etiam extrinsecus quantitatem speciem ex pretio emere prohibentur sicut milites. Quae omnia demonstrabit futura retractatio, qua quantum apparuerit sibi quemque vindicasse, in tantum dannabatur in duplum, ita ut simplicis fiscus habeat, simplicis actor. Omnibus quoque militibus personis quibusdam deputatis secundum rationem mensae adherentur annona, et capita, nec petantur species, nisi a volente: eo, qui quid ante dictorum temerare ausus fuerit, maximum periculum subiutor, sive tribunus sit, sive vicarius, aut domesticus, aut actuarius¹⁰, aut optio, aut numeri princeps, aut officialis magistri militum: si quid horum contingit non bona fide tractari, et id confessum minime denuntiaverit. Retractatio enim quicquid adversus constitutionem acciderit, coarguet, et judicabit.

TIT. XXXIX.

DE EXCOCATIONE, ET TRANSLATIONE MILITARIUM ANNONARUM.

1. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Stilichoni com. et magist. utriusque militiae.

Opinatores, quibus species in diversis provinciis delegantur contra omnem consuetudinem a nullis consistentibus familiis excocationem panis efflagitent. Illustri igitur auctoritas tua novam usurpationem congrua auctoritate repellat: ut cum opinatores in provinciis delegantur, vetus

¹⁰ L. 9, supr. l. 1: L. 5, supr. de aequali publicis.

Tit. XI. — 1. L. ult. supr. de aequali et tribut; N. 128. — 2. L. 1, supr. ut nemo ad suum patrocinium. — 3. L. 2, vera, at cum ex mandato, supr. ut uenitum fecerat in coemptione specierum.

consuetudo servetur. — Dat. id. septembr. Mediolan., THEOD. V. C. Cons. 599.

2. *Iudem*, AA. Adriano P. P.

In excoctione buccellati, quot devotissimis militibus convenit preparari, in translatione etiam annona, nullius excipiat persona: videlicet ut nec nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam (quod non opinamur) implere quae sunt precepta, neglexerit, in procuratorem eius severissime vindicetur: ita ut si hujusmodi contumacia dominum (conscium) esse constiterit, quadruplum id, quod pro eius capitulatione poscitur, posthabita dilatione solvetur. — Dat. 9 kal. april. Rome, HONORIO A. 6 et ARISTENETO Cons. 404.

TIT. XL.

DE MILITARI VESTE.

1. Imp. VALENT. et VALENS AA. Auxonio P. P.

Omnem canonem vestium ex kalendis septembribus¹ ad kalendas aprilis nostris largitionibus tradi precipimus: proposita poena rectori provinciae, vel ejus officio, condemnationis que [tua] justitia videbitur. — Dat. 14 kalend. decembr. Marianop., VALENTINIANO et VALENTE Cons. 565.

2. Imp. VALENS, GRAT. et VALENT. AAA. Modesto P. P.

Provinciae² Thraciarum per xx juga seu capita conferant vestem. Scythia et Mysia in xxx jugis³ seu capitibus interim annua solutione dependent: per Egyptum et Orientis partes in trecentis ternis jugis: per Asiam vero, et Ponticis dioecesis ad eundem numerum in capitibus, seu jugis annua vestis collatio dependatur: ita ut per Orientem provinciae in tribus auri comparati quod, per jugationem redditur, compensationis gratia perfrauentur: exceptis Osroena et Isauria: nam eas demum constat aurum comparati minime debere. — Dat. 8 id. Aug. Hierapol., GRATIANO A. 4 et MEROBIAE V. C. Cons. 577.

3. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Martiano com. S. L.

Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari precipimus. — Dat. 16 kalend. febr. CP., ARCADIO 4 et HONORIO 5 AA. Cons. 596.

4. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Asclepiodoto P. P.

Militaris aderari vestis a collatoribus exigatur, sacratissimum videlicet largitionibus inferenda, ita ut quinque ejus partes fortissimis militibus erogentur in pretio: sexta vero portio a gynecariis clementia nostra absque ulla, vel ipsorum, vel publica incommoditate, pro eadem contentione suscepta, minoribus gregariisque militibus in ipsa quam maxime eos desiderare constiterit, specie⁴ praebatur. — Dat. 7 id. Mart. CP., ASCELEPIODOTO et MARINIANO Cons. 425.

TIT. XLI.

DE METATIS ET EPIDEMETICIS⁵.

1. Imp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. Theodoro magist. offic.

Si quis metatorum nostrorum manum qua deputatas singulas quibusque domus denotant, et postibus hospitaturi nomen adscribant, delere non dubitaverit: ad instar falsi reus, constituti auctoritate tenentur. — Dat. 6 kal. novembr. CP., DN. THEODOSIO A. 3 et ABUNDANTIO V. C. Cons. 598.

2. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Oso magist. offic.

In qualibet vel nos ipsis urbe fuerimus, vel [in] qua hi, qui nobis militant, commarentur: omnium tam metatorum, quam etiam hospitum iniquitate summa duas dominus proprie domus, tercia hospiti deputata, catenus intrepidus ac securus possidat portiones, ut in tres domo divisa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem: secundam hospes quam voluerit exequatur: tercia domino relinquenda. Plenum enim aequitate atque justitia est, ut qui aut successione fruitur, aut emptione, vel extractione gaudent, electam praecipue judicio suam partem teneat et reclamat. Ergasteria vero que mercimonis deputantur, ad praedictam divisionis injuriam non vocentur, sed quieta sint, et libera: et ab omni hos-

⁴ L. 2, supr. de muris legulis; L. 4, supr. de vestib. holobr.

Tit. XI. — 1. N. 150.

pitum injuria defensata, solis dominis conductoribusque deserviant. Sane si stabulum (ut adsolet) militari viri in tercia domus parte defuerit: ex ergasteris (nis) id dominus qualibet occasione providerit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sane viris non terciam partem domus sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione observata, ut alter ex his, (si liber, atque maluerit) divisione arbitria aequitate faciat, [et] alter eligendi habeat optionem, et firmissimum perpetuo, quod jussimus perseveret: ita ut tringita librarum auri, qui illustrissima sum prædicti dignitate, fisco nostro se [poenam] illaturos esse cognoscant: ceteri vero militiae sciant [se] esse privandos, si generale præceptum amplius usurpando quam simus, reprehensibili temeritate violaverint. — Dat. 8 id. februar. CP., HONORIO 4 et EUTYCHIANO Cons. 598.

10. Imp. VALENT. et MARTIAN. AA.

Hac lege sancimus, ut si quis consularem ac patriciam meruerit dignitatem, tres domos proprias dum superest, habeat hospitum immunitate securas, heredes vero ejus filii, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut uxor, duarum domorum suarum excusatione potuantur. Si quis vero consulatu tantummodo gloriatur, duas semis domos [suis] immines habeat: post fatali vero ejus memorari heredes unam semis domum sum habent nullis hospitiis prægravatam. Pari privilegio perfrauerunt cum memoratis heredibus, qui solus patricia dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. Praefectorii vero, necon et magistri militum duas domos suas habeant, quod vixerint hospitibus liberatas. Heredes vero eorum memorati unam defendant domum suam similis excusatione munimur. Magistri vero officiorum, vel questores unam semis domum suam quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatum. Heredes vero eorum memorati unam a hospitibus jure defendant. Comites autem domesticorum, et protectorum, et sacrarum largitionum, [et] rerum privatuarum, et vir spectabilis primicerius notariorum, singulas domos suas ab hospitum gravamine, dum vivunt, gaudent esse securas. Memorati vero heredes eorum medium partem unius domus suæ sciant excusatione muniri: residua vero pars dimidie tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui⁸ illustres honoratis dignitates quasque sine acto celitus impetraverunt, aquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pendant, pro tercia, qua legibus præfinita est, portione: exceptus videlicet ergasteris, qua in plateis vel angiportis esse noscuntur, quod in omnibus domibus que hospitales sunt, observari jubemus, ita ut nemo vel ex sacro rescripto, vel ex divina annotatione, seu pragmatica sanctione contra hanc legem uti possit excusationis auxilio; his omnibus, quae per hanc legem constitutimus, in hac aeterna urbe observandis.

11. Imp. ZENO A.

Decem post primicerium tribunos in dominis, quas in hac regia urbe possident, metatorum jussimus vacationem mereri.

12.

Ne quid præses dum per provinciam oberrat, hac specie exigat a provincialibus ne illos hospitio gravet, vel ut eis habere arma concedat. Qui secus fecerit, ut dignitate, bonisque ademptis exilio perpetuo damnetur.

7. *Iudem*, AA. Eustathio P. P.

Devotissimos milites ex procinctu redeuentes, vel proficentes ad bella, muri⁹ sacratissimæ urbis singulae turres in pedeplanis suis suscipiant. — Datum 5 non. Mart. CP., HONORIO 15 et THEODOSIO 10 AA. Cons. 422.

8. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Helioni magist. offic.

Architros nostri palatii, necon urbis Romæ, et magistros literarum, pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, necon picturae professores (si modo ingenui sunt) hospitali⁶ molestia, quod vivent, liberi praedictum. — Datum 14 kalend. septembr. HIERO et ARDABURE Cons. 427.

9. *Iudem*, AA. Nomo P. mag. offic.

Omnis, qui meta in suis dominibus præstant, sive hospitia præbuerint metatoribus, sive quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci, vel ordinis in hac florentissima urbe domum propriam, excusantem metatum sibi in alienis aedibus privilegio militis vindicare: quod et in provinciis observari oportet: ceteris⁷ vero, quibus illustris dignitas sub cingulo vel crita cingulum pro suo solo

² L. 14, supr. de offic. rector. province. — 3. L. 5, supr. de jure fisci; L. ult. vers. dispensatione autem, supr. de discussori; l. 5, inf. de executor. — 4. L. 6, inf. h. t.; l. unic. inf. fit. prox. — 5. N. 59, c. 5; L. 18, supr. de operib. publ. — 6. L. 10, 2, 2, D. de vacat. — 7. L. 10, vers. si qui illustres, inf. h. t. — 8. L. 9, vers. ceteris, supr. cod.

TIT. XLII.

DE SALGAMO HOSPITIBUS NON PRÆSTANDO.

1. Imp. CONSTANTINUS A.

Ne quis comitum, vel tribunorum, aut praepositorum, aut militum nomine, salgami gratia, culcitra, lignum, oleum a suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in praedictis speciebus aliquid auferat: sed sint provinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certe praepositibus, militibusque gravi vexationi subjacentibus. — Dat. 8 id. octobr.

TIT. XLIII.

DE COMMEATU⁸.

4. Imp. CONSTANT. et CONSTANS AA. Leontio P. P.

Ne cui licet praepositorum, vel tribunorum cohortum, vel vicariorum, et familiarium eorum tempore expeditionis quoconque genere cuiusquam de militibus a castris, atque signis, vel his etiam locis, in quibus

TIT. XLII. — 1. L. 5, vers. solam, supr. tit. prox. Tit. XLIII. — 4. L. unic. supr. in quib; causis milit. fori prescript. uti non possunt. L. 1, l. 14, D. de re militari; L. 2, in fin. D. ad municipal. — 2. Addit. L. 12, 2, 2, D. de re militari.

prætendant, discedendi commeatum dare. Si quis vero contra hanc legem facere ausus fuerit, et militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore, in quo Barbarorum incursio extiterit, et tunc cum presentes in castris, atque apud signa milites esse debeat, quisquam abfuerit: capite vindicetur. — Dat. 4 kal. Maij SEVERO et RUFINO CONSS. 225.

2. IMPPP. GRAT., VALENT. et THEODOS. AAA. Syagrio mag. offic.

Quicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet, qui sacrum et privatrum remunerationum comitibus, obsecundant, sex mensis spatium supra 5 diem commeatus, aut jussionem evictionis abfuerit: is in inferiore locum quinque antelatis posterioribus devolvatur. Is vero, qui anni vacationem arbitratu proprio, judicarii precepti oblitus assumperit, a decem post se militibus transeat; ac deinde cum iam aliquis desidua quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus posteratur. Qui vero nec post quadrienni quidem tempus: militantium non immorito matriculis auferatur. — Dat. kal. octob. AUXONIO et OLVERIO CONSS. 379.

3. IMPPP. HONOR. et THEOD. AA. Hausoni com. et mag. militum.

Si quis sine commeatu aliquo annum in penitibus propriis, vel in quibuslibet locis desidiosia quiete transegerit, decem sequentibus postponatur: in quo vero biennalis culpa reprehenditur, viginti sibi antepositis congescat: tertius autem annus triginta prelates jure deflebit: ita ut quartus exempto matricule nullam veniam derelinquit. — Prid. id. Jun. Ravennae, post consulatum HONORII 8 et THEOD. 3 AA. 473.

TIT. XLIV.

DE TYRONIBUS.

1. IMPPP. VALENT. et THEOD. AA. Modesto P. P.

Nullus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedit. — Datum 14 kal. octobr. Hierapol. VALENTIN. et VALENTE 3 AA. CONSS. 370.

2. IMPPP. GRAT., VALENT. et THEOD. AAA.

Quisquis alieni juris mancipium in tyrcinio militie scribi curaverit: convictus, ac proditus auri libram aerario nostro cogatur inferre, mancipio scil. domino⁴ (si factum ignoraverit) reddendo. — Datum id. Maij Tyro Metropoli, P. P. Beryto, ANTONIO et SYAGRIO CONSS. 582.

3. IMPPP. HONORIUS A.

Tyrones in scholis loco semper posteriori ponantur: nec² enim patimur quemquam celsiorum graduum obtinere, nisi cui et laborum adiutias, et stipendiiorum prolixitas suffragantur. — Dat. 7 kalend. decemb. Ravennae, BASSO et PHILIPPO CONSS. 408.

TIT. XLV.

DE LITTERUM ET ITINERUM CUSTODIA.

1. IMPPP. HONOR. et THEOD. AA. Eustachio P. P.

Saluberrima sanctione censemus ne merces¹ illicite ad nationes barbaras deferantur: et quæcumque naves ex quolibet portu seu littore dimittuntur, nullam² concussionem vel damna sustineant: ita tamen ut earum naucleri deponant in quam provinciam ituri sunt: ut hoc manifestato, nulla contra eos postea indignatio seu concusso quoque modo procedat. — Dat. 14 kalend. octobr. CP., DN. THEOD. A. 9 et qui fuerit nunciatus 420.

TIT. XLVI.

DE DESERTORIBUS ET OCCULTATORIBUS EORUM.

1. IMPPP. GRAT., VALENT. et THEOD. AAA. Syagrio P. P.

Si quis forte desertorem agro tectove suscepit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procurator loci qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subjungetur: dominus vero si

¹ L. 5, 2 7; L. 14, in pr. D. d. t.

² Tir. XLIV. — 1. Add. L. ult. supr. pro quib. caus. servi pro p̄m. — 2. L. ult. supr. quando licet uniuersique sine judice.

³ Tir. XLV. — 1. L. 1, L. 2, supr. quae res exportari non debent. — 2. L. 5, supr. de navibus, lib. 11, tit. 2.

2. IDEM, A. Maximo.

Providendum est, ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iuris, quod si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: rectores provinciarum pro jurisdictione sua examinantes factum pro sui qualitate eos coerceant. — Dat. 4 kal. Jun. Treveris, JANUARIO et JUSTO CONSS. 528.

3. IDEM, A. Evagrio P. U.

Veterani, qui ex negligentiâ vita, nec rus colunt, nec aliquid honestum peragunt: sed latrociniis sese dederunt: omnibus veteranorum privilegiis.

Tr. XLVI. — 1. Add. L. ult. supr. pro quib. caus. servi pro p̄m. — 2. L. ult. supr. quando licet uniuersique sine judice.

Tr. XLVII. — 1. Lib. 49, D. ult. — 2. L. 2, in pr. D. h. t. — 3. L. ult. D. ed. — 4. IDEM, vid. L. 1, in fin. D. ed.

hujus rei conscius fuerit, prædi in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit¹, mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neque solum de his loquimur, qui proxime signis felicibus applicati, militie rudimenta timuerunt: verum etiam qui stipependiis militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore aperit a signis. Horum qui sponte processerit: peccati anteriori supplicium non timebit. Sin vero flagitiosa ignavia delitescat: per eum in cuius domo fuerit vigilans inibitibus extrinsecus quoque officiis publicis, ubique correptus, severitati judicis offeratur. degeneris mortis gladium subituras. Sin autem rector provincie propositan severitatem, vel gratia, vel dissimulatione distulerit, patrimonii, atque existimationis danno subiciatur: et in officiis primiores capitaliter vindicetur. — Dat. id. Jul. ROMÆ, GRAT. 6 et THEOD. 1 AA. CONSS. 580.

2. IMPPP. ARCAD. THEOD. et HONOR. AAA. Adriano P. P.

Si desertores inventi, resistendum², atque armis oppugnandum putaverint: tanquam rebelleres in ipsis temeritatis sua conatus opprimantur: ita tamen ut provinciarum judices solicita cautione disquirant: ne sub falso tractariariorum nomine, desertionis sua crimen defendere moliantur: nec suppositis, et commentitatis epistolis evadendi habeant facultatem. — Dat. 6 kal. Mart. Ravennae, THEOD. A. 1 et RUMORIDO CONSS. 403.

3. IDEM, AAA. Longino P. P.

Qui relicti militibus castris, se ad depredationem, vel latrociniū contulerint, severitatem judicis non evadent. — Dat. 9 kal. april. Ravennae, ARCADIO A. 6 et PROBO 3 C. CONSS. 406.

guis exuti, penitus competentibus a provinciarum rectoribus subieciantur. — Dat. 3 id. Aug. CONSTANTIO A. 6 et CONSTANTE 2 CONSS. 553.

4. IMPPP. HONOR. et THEOD. AA.

Nullus eorum, qui sacramentis inhærente deserit, vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur, seu stare judicum sententiis: quæ non sis observatis late fuerint, nullam firmatatem habentibus: nisi forte reperiatur ibi tempore militie cepta cognitio, tunc enim velut nequum singulo deposito sub militari judge rem tractari, finiriq[ue] præcipimus: nisi principali beneficio specialiter induito quidam ex his sese defensio³.

TIT. XLVIII.

DE FILIIS OFFICIALIUM MILITARIUM, QUI IN BELLO MORIUNTUR.

1. IMP. CONSTANTINUS A. Evagrio.

Hi, qui [ex] officialibus quorumcunque officiorum geniti sunt, sive eorumdem parentes adhuc sacramento tenentur, sive jam dimissi sunt, in parentum militiam vocentur. — Dat. prid. non. Aug. BASSO et ABALDIO CONSS. 551.

2. IMPPP. GRAT., VALENT. et THEOD. AAA.

Filios primipilariorum paternam sequi conditionem oportet.

3.

Si quis quoque modo militans in bello moriatur, filius ejus, si unus sit, vel ex multis major natu, statim in locum ejus succedat, et easdem annonas accipiat, si pater usque ad biarchi duntaxat gradum pervenerit. Quod si alteriore obtinuerit (veluti ducenarii, aut centenarii) filius ejus fiet tantummodo biarchus. Manifestum autem est, majorem natu, in quem ejusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum.

TIT. XLIX.

DE OBLATIONE VOTORUM.

1. IMPP. ARCAD. et HONOR. AA. Basilio P. U.

Quando votis communibus felix annus aperitur⁴, in una libra auri, et solidis obryzatis principibus offendendi devotione animo liberti suscipimus: statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscujusque sedulitas principibus suis talia inferat semper, et deferat. — Dat. 4 non. Mart. Mediolan., OLVERIO et PROBINO CONSS. 595.

TIT. L.

DE NUMERARIIS, ACTUARIIS, ET CHARTULARIIS, ET ADJUTORIBUS, SCRINARIIS, ET EXCEPTORIBUS SEDIS EXCELSÆ CÆTERORUMQUE JUDICUM, TAM MILITARIUM, QUAM CIVILIUM.

1. IMP. CONSTANTINUS A. ad Veronianum vic. Asie.

Vorax, et fraudulentum numerariorum propositum, qui diversis obsequiis rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut anteas sancivimus, et nunc itidem sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, et ecclieis [atque] lacerationibus subjacere. — Dat. 14 kal. Jun. OPTATO et PAULINO CONSS. 554.

2. IMPP. VALENT. et VALENS AA. Clearcho.

Qui numerarii appellari consueverant consularium, atque presidum, duntaxat tabulari post hanc nostram sanctionem vocabuntur: scientes se tormentis esse subjectos, nisi⁴ judicibus, vel his qui proiecti nostro iudicio ad provincias venerint, vel exactoribus debitórum, aut reliquorum [nomen et] modum frequenter ingresserint sub actorum testificatione: quos scire oportet, cum his, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta, trienni² tamen spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. — Dat. 14 kal. Mart. CONSTANTINOP., VALENT. et VALENTE AA. CONSS.

3. L. pen¹ in pr. D. de jurid. L. 7, D. de judicis.
Tir. XLIX. — 1. L. 2, in pr. D. h. t.

4. L. 26, D. de reg. iur.; L. 2, inf. de executorib., h. lib., tit. 61.

CODICIS LIB. XII, TIT. L.

3. IDEM, AA. Rufino P. P.

Numerarios amplissimæ tuae sedis cingulum habere, et militæ ordinem tenere jubemus. — Dat. prid. id. decembr. PARISIIS, VALENTIN. et VALENTE AA. CONSS. 555.

4. IMPPP. GRAT., VALENT. et THEOD. AAA. omnibus rectoribus provinciarum.

In provinciis singulis duo numerarii qui et tabularii collocentur: quo ad unum fiscalis arcæ ratiocinium ad alterum largitiones pertinere tūlūt jubeantur: hoc scituri, quod si ex alterius quicquam actibus ad alteram partem illicita⁵ fuerit usurpatione translatum: is qui culpam judicis dissimulatione leixerit, gravissimo sit supplicio subjugandus. — Dat. 3 apr. CP., ANTON. et SYAGRIO CONSS. 582.

5. IDEM, AAA. Principi P. P.

Exceptores omnes judicibus provincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur, neque a fisco ulla consequuntur annona, absque metu decepti operam, etiamsc decuriones sint, minime prohibemus: dummodo munera propria civitatis agnoscant, et peracto secundum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. — Dat. 4 id. decembr. Aquileia, ARCADIO A. et BAUTONE CONSS. 583.

6. IMPP. ARCAD. et HONOR. AA. Severo P. U.

Ne diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum consortis adjuventur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerariis actiorum societate præcipiat abstinere, atque ab eorum communione discide: quod si hoī moniti custodire neglexerint, iidem penitus quibus actuariis, non ambigant subjacere. — Dat. 4 kalend. Jun. NICIÆ, HONOR. A. 4 et EUTYCHIANO CONSS. 598.

7. IMPP. THEOD. et VALENT. AA. Hierio P. U.

Actiones tam classum urbis Constantinopolitanae, quam Thymelæ, equorumque curulium civitatum diversarum, non aliter, nisi ut consueverat, manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari, quod si quis talis sub tua fuerit iudicatione convictus: profecto irritis his, qua vetita contrectaverit, etiam congruam indignationem incurrit. — Dat. 10 kalend. Jul. NICOMEDIA, THEOD. 12 et VALENT. 2 AA. CONSS. 426.

8. IDEM, AA. Progeni P. P.

Scrinarios vel numerarios officii magnitudinis tuae jubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuicunque pro publicis expensis cogi: quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

9. IMPP. LEO jun. et ZENO AA.

Nemini licere deinceps jubemus in quacunque militia connumerato, sollicitudinem actuarii subire: vel post depositam eandem curam ad militiam adspicere: quatenus inter privatos agens, omnique militari privilegio denudatus, nihil nundinationis, vel fraudis circa commandanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

10. IMP. ZENO A.* P. P.

Nulli scrinario licet pro tempore numerarios plus quam quaternis vicibus, nec his tamen continuandi, adjuvare. Idemque hoc super chartularis in præbenda pro tempore numeraris opera observari decernimus, ita ut adjutorum quidem biennii, chartulariorum vero unius anni intervallo continuo interrrupatur: nulla adjutoribus ad chartulariorum sollicitudinem quam semel designati sunt, descendendi danda licentia: ita ut Orientalis quidem tractus pro tempore numeraris, nonnis ab his scrinariis qui inter trinaria viros a numerario retro numerandos, Asiae vero diocesos numeraris nonnis ab his qui intra quinquaginta a numerario similiiter retro numerandos inveniuntur: Pontica vero et Thraciae diocesos passim, et pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adjutorum tributatur facultas. — § 1. Omnia sane commonitoria, vel præceptiones, aut evictions, seu qualibet publica instrumenta, non solum adjutoribus, verum etiam provincie illius de qua disponitur, tractatori inspiciendi, itidemque subscripti, aliorum quoque qui una cum eo tractant in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. — § 2. Si quid autem sine hac observatione ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non caret: exceptis publicis instrumentis quæ a scrinio Pontice diocesos emituntur, quod in iisdem instrumentis solum numerarium ejusdem diocesos que adjutorem et chartularium subscribere magnitudo tua dispositus: ita

Tr. L. — 1. L. 1, supr. de exact. tribut. lib. 10, tit. 19. — 2. Fide tamen L. 11, infr. h. t. —

48*